



Universitätsbibliothek Paderborn

**Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D.
Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac
Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas
Missalis Et Breviarii Romani**

Adiectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad
præsens emanatis

Complectens I. & II. Partem Commentariorum Gavanti in Rubricas Missalis
- Cum Præfatione seu Præmonitione necessaria Bibliopolæ ad Lectorem

Merati, Gaetano Maria

Augustæ Vindelicorum, 1740

VD18 10783695-002

De Qualitate Paramentorum. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40113

lia
na
cle
tiis
ca
pe
no
ci
fe
&
fe
D
lia
ell
re
mo
sq
in
ria
cap
feu
&

alia
ut in Benedictionibus, & aliis functionibus sollemnioribus extra Sacrificium planeta non utatur; sed loco illius pluviale quod aptissimum indumenti genus videtur ad decens Sacerdotis ornamentum super albam.

11. Junii 1701. & datum in nostro hunc sub n. 560.

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. XIX. De Qualitate Paramentorum.

I. Gavant. pag. 50. col. 1. lit. d *Pluviale*, & cappa sunt idem.) Pluviale, ut optimè observat Gavantus cum Honorio in *Gemma Animæ lib. 1. cap. 227.* idem est ac cappa: cappa etenim processu temporum auctoritate superiorum ad meliorem formam redacta, & mutato capucio in ornamentum à tergo pendens, inter vestes Sacras retenta est sub antiquo nomine pluvialis; & modo pluviale communiter vocatur, vel casula processoria cit. à Cypriano Episcopo Tolonen, in vita S. Cæsarii Arelaten. apud Mabillon, *lib. 1.* Liturgia Gallicana cap. 7. n. 2. Pluviali autem utitur Celebrans in Processionibus, Benedictionibus, & aliis Sacris functionibus; ut constat ex Rubrica n. 3. hujus tituli. Ratio literalis est, ut etiam in vestibus appareat discriimen inter Sacrificium, quod in Missa peragitur; quo nihil sanctius à Fidelibus tractari potest, ex Tridentino *eff. 22.* in Decreto de observandis in celebrazione Missæ; ut, inquam, sit discrimen inter Sacrificium, & alias Sacras functiones: quia in Missa Sacerdos utitur planetæ seu casula, quæ ad usum Sacrificii singulariter est destinata & benedicta. Non est tamen confundenda casula cum cappa; ut optimè notat Bissus lit. G. n. 149. contra Durandum *lib. 2. cap. 1.* qui vult, quod nomine cappe intelligatur casula; quod est falsum, ut patet ex descriptione cappe, quam affert Honorius *loc. cit.* ubi dicit, quod cappa habet in supremo capucium, deinde ad pedes pertingit, & à parte antè est aperta: casula autem erat antiquitus ex omni parte clausa; de qua fuisis discurremus in primo titulo sequentis secundæ partis. Debet

autem, ut in Benedictionibus, & aliis functionibus sollemnioribus extra Sacrificium planeta non utatur; sed loco illius pluviale quod aptissimum indumenti genus videtur ad decens Sacerdotis ornamentum super albam.

Eodem utitur Affilans Celebranti; quia inde resultat major veneratio erga Celebrantem, & ipsam Sacram functionem: triobitur etiam Cantoribus ad majorem Sollemnem; quianon est vestis propria Sacerdotis, ut planetæ, seu casula, sed communis aliis. Ex Honorio in *Gemma Animæ* *sunt* cit. & Quarti tit. 19. à n. 1. usque ad n. 1 inclusivè.

Quamvis supradictum pluviale non sit benedicendum, ex Gavanto hic; nihilominus Quarti supradicti dub. 2. vult, quod tam pluviale, quam dalmaticæ (licet de his nihil presumptum inveniatur apud Auctores, nec ratione Benedictionem videantur insinuare) debeat benedici ea Benedictione, quæ signatur in Missali pro indumentis Sacerdotibus in genere.

Explicatio, quid veniat nomine pluvialis & aliis ad talem vestem spectantibus, pregreditur nunc ad exponentum, quid veniat nomine cappæ Ecclesiastice. Cappa igitur significat etiam cappam magnam, seu hexagonam, cum cappucio pellibus, vel ferico secundum temporum exigentiam subfuso; qui utuntur Cardinales, Episcopi, & in multis Cathedralibus etiam Canonici. Romæ vero in Ecclesiis Patriarchalibus, Beneficiati quaque cappa magna utuntur; sed differt à Canonicali in colore Pelliceæ: nam Beneficiorum est cinericei coloris; Canonicalium vero

candidi armelini. Cappa hæc ab habitus Monachalis forma desumpta fuit, quando hi Ecclesiastim guberniarum; & dicitur *cappa choralis* à Matthæo Parisio: igitur cappa significat Sacerdotalis dignitatis eminentiam; Rupertus *cap. 1. Apoc.* Cauda verò longitudine denotat, quod usque ad diem extremum Iudicij sit dignitas Sacerdotalis duratura: defertur tamen hæc cauda sub brachio involuta, & plicata; quia dignitas Ecclesiastica manifestari non debet, nisi urgente necessitate ad Dei honorem, & animarum saltem. Pellicis, qua in collo ejusdem, & circa pectus fibula est, Prælatum meminit peccatorem esse: D. Augustinus contra mendacium *cap. 10. seu, ut Origeni placet, ob mortis memoriam. Macrius v. cappa pag. mibi 115. & seqq.* Verum recentissime Petrus Moretus in sua erudita discept. epistolari de Ritu variandi Chorale indumentum *n. 78.* usum capparum censet à Canonicis Regularibus seu Clerico - Monachis originem trahere; & colligit ex Constitutionibus totius ordinis

Canonicorum Regularium, illos habitum induisse Choralem, & alicubi etiam nunc induere simillimum descripto in Constitutionibus Ecclesiæ Lateranensis, & Vaticanae: idem etiam colligi afferit ex ceteris Canonicorum Regularium documentis; hancque habitus similitudinem mirificè comprobant multiplicitis speciei imagines Clerico Monachorum, incisa in Catalogo ordinum Religiosorum, & in libro Ecles. Hierarchie, quos Bonanus Soc. Jesu recente evulgavit.

De manipulo, & reliquis indumentis Sacerdotalibus, mentionem faciemus in Observationibus nostris ad Gayanti Commentaria in 1. titulum 2. partis paulò inferiùs.

II. Ad finem tituli.) In insignioribus Regularium Ecclesiæ Sac. Congregatio concessit usum planetarum plicatarum, teste Alcozer, relato à Gavanto in Indice suorum Decretorum; quod Decretum datur in nostro Indice sub numero 247.

De prædictis planetis plicatis fusè agimus in prima Dominica Adventus.

Nova Observations, & Additiones ad Gavanti

Tit XX. De Preparatione Altaris & Ornamentorum ejus,

I. Rubr. pag. 56. & Gavant. ibid. col. 1. *littera in Altare.*) Cum nulla unquam fuerit sine Sacrificio Religio, nec ullum sine Altari Sacrificium, necesse est à Religionis nostra primordiis fuerint Altaria in Ecclesia, cum in ea omium maximum offeratur Sacrificium: & quamvis Hæretici veritatem Eucharistie Sacrificii negantes, inservient Aras etiam antiquitus extitisse; nihilominus tot sunt in Sanctis PP. testimonia in illius rei confirmationem, ut cœcutire omnino videantur, qui contrarium assertere non dubitarunt. Hinc nonnulli ex Heterodoxis tot PP. auctoritate convicti, candidè fassi sunt, Ecclesiam primis Seculis suas Aras habuisse, in quibus Deo Sacrificium offerret. Et qui-

dem nonnulla de Altarium in Christiana Ecclesia, origine, materia, forma, Consecratione, Ritu, &c. eruditè scripta sunt à Gotofredo Voigto in libro postumo, & primum in lucem edito à Johanne Alberto Fabricio, typis Spieringianis, Anno 1709.

Cujus materiae fuerint Altaria primis Ecclesiæ Seculis, an ex ligno confecta, vel lapide, adhuc incertum est. Communis fert eruditorum opinio, primis Ecclesiæ temporibus Altaria fuisse lignea. Profectò Christus Dominus in vulgari, ac lignea mensa incruente se ipsum Patri obulit in Sacrificium; & Apostolos etiam Christi exemplo in Aris lignis consecratis, persuadere videatur, & nascentis Ecclesiæ simplicitas, &

X 3 necessaria.